

## C A P U T V.

*Subnectuntur Bullæ Pontificiæ & Diplomata Archi-Episcopalia, in quibus continentur ea, è quibus decisio puncti principalis peti debet. An Jesuitæ iniqui sint Possessores ejus loci Gymnasii Tricoronati, in quo olim stetit Monasterium S. Agatii.*


Lit. A.

*Gregorius Papa XIII.*

Ad perpetuam rei memoriam.

**E**xponi siquidem nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ Præpositiſſa & Moniales Monasterii S. Agatii Colonien. S. Augustini vei alterius Ordinis, quod, cum Monasterium hujusmodi *are alieno ita gravatum existeret, ut ne spes ullæ ejus eluendi, etiam cum parsimonia, & detractiōe quotidiana ad victum, vestitumque impensæ superesset; ac Moniales ipsæ inter se jam diu dissidentes parum quietè viverent; situm, habitationesque ipsius Monasterii maturo cum consilio, ac loci Ordinarii approbatione, dilectis filiis Præsbyteris Societatis JESU, qui à triginta annis, vel circa in civitate Colon. conductitiis domibus absque alia sibi propria Ecclesia, habitationeque vixerant, salutis animarum plurimum intenti, vendere, & ex pecunia pretii æs alienum dissolvere: ac quod reliquum pecuniæ hujusmodi esset, Monasteriis, ad quæ se transferre cupiunt, & in quibus benevo-*

nevolas invenirent receptorices, ejusdem loci Ordinarii arbitrio distribuere statuerunt, atque per privatam schedulam sub nostro & Sedis Apostolicæ beneplacito obfirmarunt. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, ut ad ipsarum levamen, creditorumque suorum interpellationes sopiendas, vitamque tranquille & pacifice gerendam, ipsis etiam Præsbyteris de fide Catholica benè meritis prospiciendum, præmissis annuere dignaremur. Nos igitur attendentes in ipso Monasterio quatuor solùm, aut quinque degere Moniales; ac decentiùs fore, si Monasterium ipsum cum illius habitationibus, dato pretio, commutetur, quàm, quod aris alieni dissolvendi causâ seculari tradatur commercio; hujusmodi supplicationibus inclinati, ipsis Præpositissæ & Monialibus, Monasterii hujusmodi situm, habitationes, adjacentesque pertinentias pro exsolvendis debitis, quibus obstringuntur, mediante justo pretio, arbitrio boni viri æstimando, cum autoritate Ordinarii, etiam absque alio assensu quorumcunque regularium Superiorum, perpetuò vendendi, ac sese pro animæ cujusque ipsarum quiete, ad alia regularia loca, in quibus regularis vigeat observantia, ac benevolas habuerint receptorices, transferendi, ipsis etiam Præsbyteris situm, ac habitationes, nec non pertinentias ejusmodi ad extruendum Collegium, seu domum ipsius Societatis, emendi licentiam, & facultatem Apostolicâ autoritate tenore præsentium damus & impartimur. Præterea erigendo Collegio, vel domo, Ecclesiam, & alia loca sacris dicata usibus ipsius Monasterii, suppressis in illis ordine, statu, essentiâ & dependentiâ, regularibus, etiam perpetuò concedimus. Volumus insuper, quod



quod reliquum fuerit pretii venditionis hujusmodi, & alia ipsarum Monialium bona quaecunque, si qua sint, aliis, ad qua transferentur, Monasteriis pro susceptarum Monialium numero, ac compensatâ quantitate distribui, & aliàs de illis, prout loci Ordinario videbitur, disponi. Decernentes præsentis literas de subreptionis vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu nullo unquam tempore notari, neque illas suspendi, vel revocari, aut ad viam juris reduci; etiam ex eo, quod interesse habentes vocati, vel solemnitates in similibus venditionibus requisitæ, servatæ non fuerint, seu aliàs quovis prætextu, ingenio, vel causâ quantumvis legitimâ, etiam enormissima læsionis, annullari, & invalidari usquam posse, nec cuique contrâ præmissa actionem competere: Irritumque & inane, quidquid secus super his à quovis, quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac privilegiis, indultis, ac literis Apostolicis quibusvis in contrarium quomodolibet concessis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis & expressa mentio habenda foret, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXX Martii, MDLXXXII. Pontificatûs nostri anno decimo.

V. ✠ *Glorierius.* ✠

*Concordat cum originali in pergameno,  
Pet. Ningelgen, Not. Apost.*

Lit. B.

Greg

Dilecti filii

Præsbyteri

diuturne istic, ac

rias, maximo c

riam multopere

nienti, non sati

atis officio,

sanctissimæ Euc

sanctis Ministe

præstant, per

ade sacra sibi

Cultum exercu

tabili Fratri A

eras, qui ad N

causa hoc temp

so quam si non

ii Colonien. O

videnter exigen

his redditibus t

Monasterii, cu

venientiis, ip

tem hoc pium

Præsbyteris ipsi

fectum habeat

ltra, ut optim

ibisque mand

ris, acceptis


scopus Colonien

Amerimensi u

Lit. B.

Gregorius PP. XIII.

**D**ilecti filii salutem, &c. Cùm aliàs dilecti filii Præsbyteri Societatis Jesu, quorum opera studiumque istuc, ac per alias Christiani Orbis Provincias, maximo cum animarum fructu ad Dei gloriam multopere comprobatur in Civitate Colonienſi, non satis dignè & commodè pro tanto pietatis officio, quod in confessionum auditione, sanctissimæ Eucharistiæ administratione, aliisque sanctis Ministeriis quotidie omnium ob oculos præstant, per plures annos habitâssent, & sine æde sacra sibi convenienti, & propria Divinum Cultum exercuissent. Nos super eo nostras Venerabili Fratri Archi-Episcopo Colon. direximus literas, qui ad Nos rescripsit, quòd pro negotii istius causa hoc tempore nulla sese offerret melior occasio quàm si nonnullæ Moniales Monasterii S. Achatii Colonien. Ordinis S. Augustini, *earum rebus id evidenter exigentibus*, ad alia Regularia loca cum suis redditibus transferrentur, templumque ipsius Monasterii, cum illius situ, &, quæ circa sunt, pertinentiis, ipsis Præsbyteris concederetur. Ut autem hoc pium opus, quo tam Monialibus, quàm Præsbyteris ipsis bene, ut præfertur, consulitur, effectum habeat suum, illud vobis pro prudentia vestra, ut optimo Religionis zelo commendamus, vobisque mandamus, ut nostris desuper confectis literis, acceptis, in quibus *judices fecimus Archi-Episcopos Colonensem & Trevirenses, unà cum Episcopo Amerinensi ita; ut quilibet eorum sine alio possit suam*



*suam prestare auctoritatem*, quas per vos ipsos sine mora iis exhibere volumus, tam apud illos, quàm Senatum Coloniensem, nec non quoscunq̃ue alios vestram operam præsteris, concessionémque hujusmodi tueri, & promovere *adversus quoscunq̃ue inobedientes auctoritate nostrâ curetis*; & de rei successu nos certiores faciatis, ut opportunum ad id remedium afferre valeamus. Datum Romæ, apud S. Marcum, die XX Julii, Pontificatûs Nostri anno XI.

### *Inscriptio.*

Dilectis filiis Godefrido Groppero, Præposito & Archi-Diacono; ac Conrado Wippermanno, Decano Ecclesiæ S. Severini Colon.

*Concordat PET. NINGELGEN,*  
*Notarius requisitus, m. p.*

Lit. C.

### *Gregorius Papa XIII.*

**D**ilecti filii! salutem & Apostolicam benedictionem. Quantò cum animarum fructu & DEI gloria cùm per alias Christiani Orbis Provincias, tum istic versati fuerint Sacerdotes Societatis Jesu perspicuum vobis esse non dubitamus; quo etiam nomine eos vobis commendatos esse persuadet pietas vestra perspectissima. Accepimus illos post multos annos, quibus non commodè, nec in Loco Sacro habitârunt, & ut Catholici Sacerdotes in urbe Catholica auctoritate privilegiorum, quæ à Sede nostra Apostolica acceperunt, domestico in Oratorio Sacra celebrârunt, & Christi fidelibus ad  
eos

eos confluentibus magno cum fructu animarum Sa-  
 cramenta Confessionis & Eucharistiæ impartiti  
 sunt, tandem aliquando Venerabilis Fratris Archi-  
 Episcopi vestri, cui hoc munus literis nostris com-  
 mendavimus, spem Ecclesiasticæ possessiunculæ  
 accepisse, pro ejus conservatione ad nos quoque  
 prædictus Venerabilis Confrater literas dedit,  
 nimirum ut Monialibus S. Achatii auctoritate no-  
 strâ, & rebus ipsarum id evidenter exigentibus ad  
 alia Monasteria cum redditibus, & bonis Monasterii  
 translatis, Societatis JESU Sacerdotibus, benè de  
 vestra Civitate, & tota Republica Christiana me-  
 ritis Monasterium & Templum illarum concedatur  
 pro digna compensatione, quâ & debita sua persol-  
 vant, & in aliis Monasteriis hoc tempore passim gra-  
 vatis commodius sustententur. Quando autem hoc  
 pium opus, quo tam ipsis Monialibus, quàm præ-  
 dictis Sacerdotibus benè consulitur & prospicitur,  
 communem hostem, ut alia, impedire velle ti-  
 mendum sit, commendamus id pietati vestræ  
 quantum possumus, & mandamus, ut illis præsi-  
 dio sitis, atque translationem concessionemque  
 hanc nostram apud Senatum Coloniensem, & quos-  
 cunque alios nostro etiam nomine & autoritate  
 tueamini, persuadeatisque, si opus sit, salutare &  
 laudabile ipsis futurum, si eos, qui de Religione  
 Christiana ubique benè meriti sunt, benignè ha-  
 beant, & exemplo penè omnium Catholicorum  
 Regum & Principum suâ industriâ adjuvent; ne-  
 que sinant calumniis adversariorum quicquam in-  
 commodi accipere, aut in adeunda vel perfruenda  
 concessione hac nostra ullo modo impediri. Quod  
 licet Senatum Catholicum per se facturum esse pro  
 suo

suo in Religionem zelo, & in Sedem nostram Apostolicam reverentiâ, & gratitudine non dubitemus, tamen, quia nos hoc tempore latere non possunt Cacodæmonis consilia, volumus illos, quatenus opus fuerit, horum nostro nomine commonefieri, *authoritatem omnimodam vobis concedentes his nostris litteris Apostolicis: Omnia, quæ ad executionem hujus nostræ Commissionis pertinent, quam primum exequendi & perficiendi, sive illa ad ipsarum Monialium personas, bona & fundationes, sive ad controversiam eam, quam cum Fratribus Prædicatoribus nuper illis natam esse audivimus; sive etiam ad ipsos Sacerdotes Societatis pertinebunt. Accipietis cum his litteris nostras ad Senatum de hoc negotio destinatas, quas per vos volumus illis exhiberi Authoritate nostrâ Apostolicâ seriò vobis injungentes, ut nullam moram faciatis voluntati huic nostræ obsecundandæ, neque intermittatis quicquam eorum, quæ ad hanc rem perficiendam pertinebunt. Et mature per quos huic voluntati nostræ, & quatenus controveniat, litteris vestris ad nos directis significetis, ut quo remedio uti nos authoritate Apostolica deinceps conveniat, provideamus, &c.*

Inscriptio eadem, quæ in Brevi superiori.

Concordat

P. NINGELGEN,

Not. m. p.

Lit. D.

Eberhard  
 Erzbischof  
 Schurfürst  
 Würdig /  
 be Andächtige.  
 ben euerem an u  
 licher Heiligkeit  
 Rom / apud S.  
 Fahrs / ipsi C  
 Closters / und  
 in unser Stadt  
 & Patrum Socie  
 hardt zukomme  
 Reverenz empfa  
 mar nit ungern v  
 Churfürsten S  
 Erier L. neben  
 mbefohlen w  
 Wiewohl  
 folgen auß sch  
 onsten zu B  
 Dorhabens un  
 eladen wolle  
 Verhandt thafft  
 obligender  
 haben / die we  
 dem Pungen / C

Lit. D.

**B**erhardt von Gottes Gnaden  
erwehlt und bestettiget zu  
Erg-Bischofen von Cöllen / und  
Churfürst / ꝛc.

Würdig / Erbar / Hochgelehrte / und lie-  
be Andächtige. Uns ist verrückter Tagen / ne-  
ben euerem an uns haltenden schreiben der Päpsti-  
cher Heylichkeit Bulla , deren datum stehet zu  
Rom / apud S. Petrum , dieses jekt lauffenden  
Jahrs / ipsis Calendis Julii , Translation des  
Closters / und anachörige Wohnung S. Agatii,  
in unser Stadt Cöllen / zu Behuff des Præpositi  
& Patrum Societatis Jesu betreffend / wohl ver-  
wardt zukommen / welche wir mit gebührender  
Reverenz empfangen / Inhalts verlesen / und  
zwar nit ungerne vernehmen / daß unsers Mit-  
Churfürsten Freundt und Bruders des von  
Trier L. neben uns die *Execution* desselben  
anbefohlen worden.

Wiewohl nun wir solcher *Commission* zu  
folgen auß schuldigem Gehorsamb / auch  
sonsten zu Befürderung diesen löblichen  
Vorhabens uns damit gern in der Person  
beladen wollen ; demnach dieweil Wir auß  
allerhandt ehafft und uns dieser Obrt , und sons-  
ten obliegenden Geschäften daran verhindert  
worden / dieweniger aber nit dieselbige in allen  
ihren Punkten / Clausulen / und Articulen vollent-  
zogen



zogen haben und sehen wollen; und dann uns vor-  
 kündigt / daß esliche sich gelüsten lassen / dieß der  
 hoher Obrigkeit / auch ünserem Befelch sich zu  
 widersetzen / demselben allerhand einstreuen.  
 Inmassen die *Conventualen* Prädiger Ordens  
 in unser Stadt Cöllen für der Zeit sich  
 dessen *de facto* unterstanden / auch wider alle  
 Gebür Magistratum Laicalem darzu zu ziehen/  
 ihres Willens gefallen lassen / nit ohn Hon/  
 Beracht / und Verkleinerung ihrer ordentlicher/  
 gebührlicher hoher und fürgesetzter Obrigkeit/  
 etc.

Demnach ist hiermit unser ernster Befelch/  
 Will und Meinung in Vermüge vorgl. Päpsti.  
 Bullen / und darauff jetzt auch beschehener und  
 beigelegter unserer Subdelegation an Execution.  
 derselben euch nichts verhindern / sonderen  
 hirin vielmehr die Ehr Gottes / Pflanz  
 gung und Erhaltung der Catholischen Re-  
 ligion / auch der Päpsti. Seyl. Und unseren  
 Befelch mit eiffrigem getrewen Ernst angelegen  
 seyn lassen / demselben unangesehen männiglichem  
 unzimlichem Einstreuens und unordentlichen Af-  
 fecten schuldigen Behorsamb leisten / und euch da-  
 von durch niemantz / beborab die Prädiger Con-  
 ventualen abschrecken lassen. Dann da solches  
 über Zuversicht ihe beschehen solt / werdet ihr  
 Krafft ermeldter Bullen und unserer Subdelega-  
 tion allen Ernst gegen sie fürzunehmen wissen/  
 und wollen so wohl vermüge der Päpsti. Seyl.  
 Befelchs / als für uns selbst solche Weeg und  
 Mittel gegen sie brauchen, die ihnen nit zum  
 besten werden erschiesien. Solches erfordert der  
 Päpsti.

Päpſtl. Heyl. außtrückentlicher und mit gnugſamen *derogatori Clauſulen* beſtätigter Will/ und iſt alſo unſer ernſter Befehl. Darüber euer fürderlicher Verrichtung erhaltendt / Uns darnach ferner haben zugerichten. Datum auff unſerem Schloß Hirzberg / am 7 Septembr. &c. 82.

GEBHARD, *m. p.*

*Inſcriptio.*

Den Würdig / Erbar / Hochgelerten unſeren lieben Andächtigen Godefrieden Gropper / und Conraden Wippermann / beyden dero Rechts ten und heiligen Geſchriſt Doctoren und Licentiaten / unſer Thumb- und Collegiat-Kirchen zu S. Severin in unſer Stadt Cöllen, reſpectivè Prieſter / Canonichen / Dechandt und Probſten zu Soeſt ſambt und beſonder.

*Concordat Pet. Ningelgen,*  
*Notarius, m. p.*


Opera pretium eſſe duxi, aliud adhuc diploma ejusdem Archi-Epiſcopi ſubnectere, ut Lectori ad oculum pateat, non tantum ea, quæ ad ſubſtantiam quæſtionis faciunt, ſed & alia eſſe vera, quæ per contextum recenſuimus. Adderem etiam documenta eum in finem plura, niſi hæc nimium accreſcerent pagellæ.

## Lit. E.

**Wir** Gebhardt von Gottes Gnaden / etc.

Entbieten den Würdig / Erbar / Hochgelehrten unseren lieben andächtigen Godefriden Gropper / und Conraden Wippermann / beyden der Rechten und heyligen Geschrifft Doctoren und Licentiaten / unser Thumb- und Collegiat-Kirchen zu S. Severin in unser Stadt Cölln respectivè Priesteren / Canonichen / Deschanten / und Probstzen zu Soest / 2c. Unsere Gnade zu zuvor / und hiemit zu wissen. Als Wir hiebevör auß ewerer Relation umbständlich vernohmen / was massen in dem Closter zu S. Agatius binnen unser Stadt Cölln allerhand Widerwehrtigkeit / Unwill / Mißverständnis / Zanck und Hader zwischen denen Conventualinnen daselbst entstanden seyn solt : und obwohl auß unserem Befelch durch euch versucht worden / solche Uneinigkeiten hin und bezulegen / die Gemüther widerumb zusammen zu bringen / daß doch solche euere Bemühung über allen angewendten Fleiß keine Statt finden möllen / sonder daß zu Verhütung ferner Zerrüttigkeit rahtsamer befunden / inmassen solchs von ihnen / denen Conventualinnen selbst herkomme / sich von einander in andere geistliche Closter

Clöster zu begeben / zu vertheilen / und ihr Con-  
 vent zu verlassen. Wie dann die Päpstl. Heyl.  
 und Wir nach gestalten Sachen dasselbig uns nit  
 zuwider / sonderen gefallen lassen. Wann nun an-  
 jkho hie under höchstgl. Päpstl. Heyl. Bulla,  
 darin uns die Execution solchs Werck anbe-  
 fohlen wirdt / präsentirt / wir auch wegen ande-  
 rer unser Geschafft euch an unser Statt zu dem  
 Endt subdelegirt / als geben wir euch sambt und  
 sonders hiemit Macht und Gewalt / daß ihr jegli-  
 cher Conventualinnen ihr Gebürnis und siche-  
 ren Unterhalt auß ihres gewesenen Clösters Gefel-  
 len, und anderen / so bezubringen, zuordnen/  
 sie in oder aufferhalb unser Stadt Cöllen auff  
 geistliche öhrter und Clöster unterbringen, auch  
 daran seyn, daß ihnen wegen ihres Unterhalts  
 gebürliche Assecuration hinwiderumb beschehe/  
 und gefolgt / auch sonsten hierin also von euch/  
 denen Wirsv vertrauen / gehandelt werde, damit  
 sie in ihrem angenommenem Stand verbleiben/  
 Christlich / erbaulich / und züchtig ihrem Beruff  
 nach GOTT dienen / und ihr Leben vollenden mü-  
 gen. Befehlen darauff allen und jeglichen Abtis-  
 sen / Priorissen / Frauen / Meterschen / und  
 anderen geistlichen Standts Welchs- Personen/  
 wie die Nahmen haben möchten / hiemit und wol-  
 len / daß ihr auff ehegemeldter unser Commissa-  
 rien Anhalten / solche Conventualinnen gegen ein  
 gebürliche Erstattung annehmen / sie nach ihrem  
 Beruff halten / und euch in dem nit weigeren/  
 als lieb euch ist der Päpstl. Heyl. Ungnadt / Straff  
 und anders zu vermeiden. Versehen uns dessen  
 also / und beschicht daran so woll der Päpstl. Heyl.  
 als



als unser endlicher ernster Will. Urkundt unsers  
Handzeichens und auffgetruckten Secrets.  
Geben auff unserem Schloß Hirschberg / am  
achten Tag des Monaths Septembris, im  
1582 Jahr.

**GEBHARD, m.p.**



*7o. Rem.*

*Concordat eum producto sigillato originali*

*Pet. Ningelgen, Not. m.p.*

Pag. 1  
Pag.  
Item li  
Pag. 10  
Pag. 14  
Pag. 2  
Pag. 18  
Pag. 31  
Pag. 32  
Pag. 34  
Pag. 4  
Pag. 6  
Pag. 13  
Item 9  
Pag. 6  
Pag. 6  
Pag. 7  
Pag. 7  
Pag. 8  
Pag. 81  
Pag. 82  
Pag. 84  
Pag. 91